Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



37.

tur, capitula statuistis: que nimirum ad maiorem
monasterii quietem et religionis observantiam, auc-
toritate apostolica potistis confirmari. Nos ergo
profectus vestro in domino congratulantes, capitu-
la illa et constitucionem auctoritate apostolica
confirmamus, et omnia in perpetuum rata per-
manere decernimus: illud nominatim omnimodis
prohibentes, ne abbatem alignis monachos vestros
sine regulari commendacione suscipiat. Interdi-
cimus etiam, ne quis conversos laycos vel pro-
fessos vestros ad habitandum suscipere presumat.
Signa igitur ecclesiastica secularique persona nostre
huic confirmacioni, et vestre constitucioni temeri-
tate aliqua obviare presumpserit; tanquam
monastice religionis et quietis perturbatrix, auc-
toritate apostolorum petri et pauli et nostra donec
satisfaciat excommunicationis gladio feriatur.
Qui vero conservator extiterit; omnipotentis dei
sanctorumque apostolorum eius benedictionem
consequatur. Amen. Ego Calixtus catholice
ecclesie episcopus confirmavi. Superinstituta genera-
lis capituli, apud Cystercium. Sed apud Hie-
ex aut codice antiquo Ms. Sed apud Henriquem
in Constitut. Ord. legitur alia ~~clausula~~ subscriptio, nomine:
Ego Calixtus, Catholice Ecclesie Episcopus, confir-
mavi et signavi. Datum Sedeloci per manum
Chrysogoni S. R. E. Diaconi Cardinalis ac Bibli-
thecarii, X Kalend. Januarii, Incarnat. Dominice
anno MCXIX. Pontificatus autem Domini Calixti
II. Papae anno primo. Ab hoc igitur tempore de-
neque in ullam monasterium Ordinis Cisterciensis
visitationem aut aliam dispositionem exercuerunt
episcopi: nullumque exinde fundatum est, antequam
episcopus loci chartam caritatis, proindeque exen-
tionem monasterii fundandi ratihaberet. ut ad-